

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 119

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 49 [Gn. 46]

[49] Si vir sue uxori sua edificia [l] dederit, que desuper bona censualia edificata fuerint, coram domino proprietatis, et coram suis vicinis, tempore sue vite, et inducit eam in possessionem, et si discedat ab hac luce sine prole, si heres suus super bona eadem loqui voluerit post mortem viri, nichil in eis poterit obtinere, si mulier protestare poterit, quod ei datum fuerit. Si autem apparatus et edificia viri fuerint, extunc heres mulieri infringere potest, nisi donacio in iudicio bannito fuerit confirmata. Quia nullus suum proprium dare potest, nisi in iudicio bannito, coram iudice et scabinis, nisi proximus^a heres contradicat. Si $\vdash e^b \vdash$ autem hereditaria censualia bona fuerint, extunc sue uxori dare non potest absque heredum consensu, vel absque dominum proprietatis consensu, in cuius bonis sunt. Si mercimonia aut bona mobilia habuerint, quod cum $\vdash s^a \vdash$ bonis emerit eisdem successoribus paterna successione, hoc sue uxori dare non potest, nisi in iudicio bannito coram iudice et scabinis. Si autem vir habuerit bona mobilia aut mercimonia, que sibi propriis laboribus aut prospera fortuna accreuerunt cum sua uxore, que potest dare in valitudine vite sue cuicumque placet, cuiuslibet sine contradiccione.

^a lekcja prawdopodobna; ^b skreślone przez autora podstawy

[hasła: mąż, żona, budynek, dobra czynszowe, własność, krewny, dożywocie, spadkobierca, dziedzic, potomstwo, sąd wyłożony, transakcja, sędzia, ławnik, sprzeciw, dobra dziedziczne, zgoda, zezwolenie, towar, ruchomość]